Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



177

INFINE CATECHESIS SALVOS. RESURRECTIONIS SPE CATECHESIS TEL LEGE THESPIRITALIS INTELLEGITUR PER PSALMUM OPUS REQUIRE REDITORIUS. QUIA ISTE PSALMUS DE RESURRECTIONE XPI PERTINET. LXII.

Iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius. Quoniam omnis terra omne humanus genus terrenum esse demonstrat. cum ugitus iubilationem adhuc opposita emittere ut a nequitiis spiritalibus eruatur. Psalmum dicite nomini eius. multi laudant sed non implent opere. Date gloriam laudi eius. ut sicut eis uocibus iubilatis. ita in eum pro bonis actibus gloriemini. Ut uidentes homines opera uestra bona glorificent patrem uestrum qui in caelis est. uel illud. Ut nobis christe non nobis sed nomini tuo da gloriam. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua christe. in multitudine uirtutis tuae. Scilicet ut non creatura ancolant. sed creatoris uirtutem. in his quae contemplantur intellegunt. quam terribilia sunt opera tua. quae potestis adorare. et non potestis comprehendere. Id est. de populo iudaico electo. et postea electas. uel qui uidentur quasi sci et probati. et de peccatores qui uidentur quasi reprobati et electi occultati sunt iudicia dei. Terribilia id est timenda. In multitudine uirtutis tuae. mentientur tibi inimici tui. Quando uidere inaegypto uirtutes et signa. et in mare rubro. mentiti sunt quando dixerunt. Omnia quaecumque praeceperit nobis dominus faciemus. Unde dicit. iniquitates mentitae sibi. et inimici eidem mentiti sunt ei. Omnis terra adorabit te. et psallat tibi. psalmum dicam nomini tuo. Te adorabit. te uenerabitur. tibi concinnant. non creaturae quam eius sibi subiecisti. Hinc interponit diapsalmam. ut ad nos uerba conuertat dicens. Uenite et uidete opera dei. terribilis in consiliis super filios hominum. Gentes quae diu in errore fanatico uixerunt. sicut quondam patres nostri adhuc agnus cendi inuitat. qui terribilibus consiliis humani generis consoluit. Ut cognoscentes creatoris opera scirent. operum conditorem. Uenite et uidete opera dei. uenite credite. uidete intellegite. Uox praedicatorum. quam terribilis in consiliis super filios hominum. Terribilis. hoc est quomodo unus reprobatur. et alter eligitur. Reprobantur iudaei. et eliguntur gentes. Sicut dicit in euangelio. Duo in agro. unus adsumitur. et unus relinquitur. Duae molentes. una adsumitur. et alia relinquitur. Duo in lecto. unus adsumitur. et unus relinquitur. Terribile est. dum de una massa fuerunt creati. et alii reprobantur. Qui conuertit mare in aridam. in flumina pertransibunt pede. Ipsum adorare debet. quia transitum misit. et mare siccauit. et iordanis undas apendit. Sed et ipse dominus dux haec quasi pede praeiuit populo prosequente. Ergo sicut tunc haec aquae ipso duce diuisae populo uiam interiam repromissionis aperuerunt. ita nunc